



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

Sub tuum praesidium confugimus S. Dei Genitrix, nostras depracationes
ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper
Virgo Gloriosa, & benedicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

amplectare. Cæterum illud vnum te animaduertendum non emus, nimirum quoties citantur constitutiones existentes in folijs Bullarij intellige de Bullario Romano impresso anno M. D. L X X X V I. sub fel. Record. Sixti V. quoties non addetur in Bullario intellige de folijs præsentis operis, quæ non reperiuntur in Bullario, & aliquæ adhuc non sunt redactæ in voluminibus, quæ tamen hic non desiderantur. Insuper & nouum apponitur Index notabilium rerum, quæ digniora sunt scitu, & nihil appositum, nihil additum est, quin sum-
mam ad huius S V M M A E studiosos afferat facilitatem, atque ve-
nustatem redoleat. interim stude, & vale.

*Sub tuum præsidium confugimus S. Dei Genitrix, nostras depracationes ne
despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos
semper Virgo Gloriosa, & benedicta.*

Quoniam post editionem multarum Summarum superue-
nerunt noua iura, innouando, moderando, ampliando, li-
mitando, & quandoque corrigendo iura anteriora, quod
nō debet reprehēsibile iudicari, ideo ego Stephanus Qua-
ranta Ecclesiæ Neapolitanæ seruus inutilis, visis omnibus fere consti-
tutionibus Apostolicis hucusque post volumina iuris Canonici pro-
mulgatis, cum annis superioribus recollegisse communis iuxta or-
dinem titulorum Decretalium, fui deinde requisitus a Reuer. Sacer-
dotibus, vt hanc recollectionem facerem, sectando communem sty-
lum Summarum, quid de nouo fuerit prout sum recensendo, onus
libenter suscepi, eis obtemperando, nam Domini mei sunt, quos præ-
cunctis reueneri Sanctus Franciscus monuit. Intercessione igitur sem-
per Virginis Dei Genitricis Mariæ, cuius precibus nos adiuuari men-
te, & spiritu deuotissimè poscimus, opus compleui, cum Adnotatio-
nibus, & Additionibus omni qua potui breuitate. Salua correctione
Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui omnia submittimus. Habetis Sacerdo-
tes sancti, quod mihi iniunxitis, tantum vos rogo, vt ad Altare Domi-
ni memineritis mei. Vni trinoque Domino sit semper gloria, qui
vitam sine termino nobis donet in Patria. Amen.

IN-